

1933

## P O L E M I C I.

1934

432. Constabilit tempus istud objectio *Paulo* inter alias facta: noluisse ipsum pro defuncta *Anna Ferdinandi* conjugē sacra persolvere, quae sub initium anni memorati excefferat. Exilio tandem multatum hominem idem *Autor* tradit. *fol.* 156.

VII. *Friderici Nauseæ Blancicampiani Doctoris &c. ad sereniss. et inuiciss. Casarem Ferdinandum, De praecipuis quibusdam Clericorum et Laicorum abusibus pro reformanda Ecclesia tollendis. Elenchus.* Praemittit *Autor* breve Argumentum, in ipsoque *Elenchi* ingressu et reformationis Ecclesiae necessitatem urget, et impositam sibi a Rege, cui a sacris concionibus, consiliisque esset, abusuū notandorum provinciam declarat. Stabilita mox triplici hac veritate: *Infinitos esse in Ecclesia abusos. Abusus cepisse originem a Sacerdotibus. Primum debere reformari Sacerdotes, Abusuū Catalogum a summis Pontificibus sumto initio per omnes utriusque Reip. gradus textit, ut nec moderationem desideres, nec improbes libertatem, videasque multa suafisse Nauseam ante duo secula, quae nostro demum aevo persuasa sunt. Id quod et liquidius fit in altera Elenchi Parte, quae inscribitur: Methodus tollendorum, vel moderandorum saltem abusuū.* Elaboratum hoc Opusculum a *Nausea*, patria lingua *Grau* dicto, antequam *Joh. Fabro* in Episcopatu *Vienn.* 1541. succederet, Titulus de-

clarat; posterius vero esse anno 1538. inde conficitur, quod in eo citet *Responsa* sua ad *Germanicae nationis gravamina*, quae anno praedicto *Coloniae* f. lucem viderunt. *Catalogo Opp.* fuorum, qui habetur ad calcem *Epistolarum* ad ipsum datarum *Basil.* 1550. f. illud non inferuit, quod, ut putem, typis nunquam destinatum fuerit. *fol.* 41.

VIII. Refutatio errorum *Jacobi Andreae* dicti *Schmidelini* Praedicatoris tunc *Göppingani* in Catechismo et aliis Scriptis ab eo editis germanice per A. V. S. 1562. Titulus: *Warnunge für den schedlichen vnnnd verderblichenn Irthumbenn welche D. Jacob Schmidlin Prediger zu Göppingen vnnnder dem Euangelischenn schein, Inn seinem Catechismo vnnnd andern schrifften der hailigen schrift vnnnd dem glauben zuwider Inns Christenthumb eingefuerht &c.* Initium Praefat. *Doctor Jacob Schmidlin hatt Im 1561 Iar sein Catechismum zu Tubingenn lassen truckbenn, wie er solchen Im 6oten Iar zu Lauingen gepredigt &c.* A. V. S. e schola *Zwingliana* autor est, contra *so-phisticam*, ut ait, *Transubstantiationem* perinde ac contra *Impanationem, Companationem* et *Subpanationem* armatus. *fol.* 39.

CCCCXCVI.

Codex chartaceus lat. germ. 805  
Sec. XVI. Folior. 77. 8. rudi  
manu perscriptus Titulum praefert: *Paranesis F. Johannis Erber*

## Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11724

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1935

C O D I C E S

1936

ber *Ad theodidactos ceu pios lectores in sequentem confessionem noui testamenti*, et infra: *I. E. Hereditarius Ratl.* Eundem esse *Hereditarium* reor ac Germanicum *Erber*, alterum *Ratisbonensis* interpretor, qualis patria fuerit obscurus Doctor noster ad Protestantes pertinens, qui in Paraenesi sua studium sacrarum literarum commendat hoc ingressu: *Abeat ad filios huius seculi, Viri et patres phosphoro multo lucidiores, Quintiliani Ciceronisque Eloquentia &c.* Ad calcem: *Hereditarius Ratl. An. Cristi M. (5) XXXI. 28. kln. septembris compilauit.* Sequitur fol. 7. *Confessio in Matheum per Egidium delphum.* Verum urceus exit; nihil enim nisi exiles Notatiunculae in hunc et alios novi Foederis Libros comparent, quibus tamen subscripsit Noster: *Finis discursus et confessionis noui testamenti scribta post Iudica Anno 1. 5. 3. 1. Hereditarius discurrebat.* De *Aegidio Delpho* adi, si lubet, *Foppenii Bibliothecam Belg.* Demum fol. 59. succedit: *Confessio cene domini.* Germanica lingua scripta haec Confessio quo pertineat, vel ex ultima ejus conclusione liquet, qua adseritur: *Corpus et Sanguinem Christi non esse substantialiter et vere sub speciebus panis et vini, sed ab his speciebus nobis tantum refricari memoriam Mysterii a Domino celebrati.* Annus 1531. cum literis *I. E.* rursus subiectus est.

CCCCXCVII.

Codex chartaceus germ. Sec. 650 XVI. Folior. 119. 4. nitide scriptus, iconismisque partim a prima manu pictis, partim aeri incisis et coloribus illitis, ut quidem mens Autoris erat, ornatus, de Creatione Mundi, Lapsum primi Homini, Vita et Morte Servatoris, institutaque per Eum nova Lege tractat, verbis ut plurimum *N. T.* quibus Animadversiones et Exhortationes suas miscet Autor e mitissimis *Lutheri* adfectis *Benedictus Tbulingk Tonsor Panni*, qui se *Gedanensem* et *Elbinganum*, hominemque illiteratum adpellat. Opus ille suum, cui Considerationem de IX. *Beatitudinibus* evangelicis praemittit, inscribit: *Ein Spiegel oder ein Fürbilde der heiligen christlichen apostolischen Kyrchenn*, dicatque *Maximiliano II.* Imp. universaeque ejus *Profapiae* a. 1566. in cujus et omnium utilitatem fol. 110. optat illud in linguam *Italicam, Gallicam, Latinam* et maxime *Hispanicam* transferri, nescius, ut videtur, quam formidabile Tribunal ad *Iberum* excubaret. Ceterum, quae adfert, ei tempori accommodata sunt, quo novi Religionum Doctores, ut fungi, nascebantur. Opinionum ejus specimen habe in his fol. 54. p. 2. verbis: *Vnd sollen vnser kirchen dienner sich nicht schamen des, das sie Ebre haben ein kborrock anzuziehen oder ein messgewandt, weil*